doqꝫ sub forma aq̃ ⁊ illud est aliquid preter formam aque ⁊ aeris. Id igitur q̃ se habet ad formas naturales sicut lignum ad formam lecti ⁊ scanni illud dicimus materiam primam. Hoc igitur est vnum principium nature quod non sic vnum est sicut hoc aliqd id est indiuiduum sed dicitur ens inq̃tum est in potentia ad formam. Aliud est principiũ scz forma et tertium priuatio que forme contrariatur. ¶ Notãdũ preterea q̃ circa priuationem philosophi errauerunt qz non distinxerũt inter priuationẽ ⁊ materiã. vnde quod est priuationis attribuebant materie. Et qz priuatio ꝓm se non est ens. Ideo dicebant q̃ illud quod per se ⁊ fit ex materia simpliciter ⁊ p se fiebat ex non ente. vnde dicebant materiam esse simpliciter nõ ens Sed dicendũ q̃ priuatio est vnum numero siue subiecto cum materia sed non est vnum ratione siue potentia sicut albuz ⁊ musicum sunt idem subiecto. Et si queratur Quid sit potẽtia materie ⁊ vtrum sit vna vel plures. Respondet. S. T. lec. xv. q̃ actus ⁊ potentia diuidunt quodlibet genus entiũ vt patet. ix. metha. vnde sicut potentia ad qualitatem non est aliqd extra genus qualitatis ita potentia ad esse substãtiale non est aliquid extra genus substãtie potẽtia igit materie non est aliqua proprietas addita supra essentiã sed materia ꝓm suã substãtiã est potentia ad esse substãtiale ⁊ tñ potẽtia materie subiecto est vna respectu multarũ formarũ sed ratione sunt multe potẽtie ꝓm habitudinem ad diuersas formas probatur ergo sic primo quia materia non est ens ꝓm accidens sed priuatio est non ens per hoc enim q̃ est figuratũ signantur non esse. Item materia aliqualiter est qz est in potentia ad rem ⁊ est aliqualiter de substantia rei sed hoc de priuatione dici non potest. Item materia est sicut mater sicut enim mater est causa generationis in recipiendo ita ⁊ materia sed priuatio non pertinet ad constitutionẽ rei sed magis ad quoddam malum rei qz est penitus non ens cũ priuatio Inquit S. T. nichil aliud sit q̃ negatio forme in subiecto ⁊ lec. xiij. dicit q̃ priuatio que ponitur principium nature per accidens non est aliqua aptitudo ad formã vel inchoatio forme vel aliquod principiũ imperfectum actiuum vt quidã dicunt sed est ipsa carẽtia forme ⁊ est extra totum ens non aũt materia. Quod autem priuatio pertineat ad maluz probat qz forma est quoddã diuinũ et optimum diuinũ quidẽ qz omnis forma est quedam participatio similitudinis diuini esse q̃ est actus purus vnuz quodqꝫ eñ intantum est actu inq̃tum habet formã. Actus aũt est perfectio potentie ⁊ bonum eius et per consequens sequit q̃ sit appetibile qz vnuz quodqꝫ appetit suã perfectionem priuatio aũt opponitur forme cũ sit remotio eius sed oppositũ bono est malũ igitur pertinet ad malũ ergo non est idẽ q̃ materia que est causa rei sicut mater. ¶ Notandũ p̃terea pro respõsione ad quesitũ q̃ forma est quoddã bonum vt dictũ est ⁊ ideo materia appetit formã. Ex quo ptz q̃ materia non est priuatio quia priuatio forme introducende nõ appetit eam qz desinit esse per introductionẽ eius. Materia vero appetit formam non ꝓm q̃ est sub ipsa forma qz iã non indiget esse per eã appetitus autẽ omnis est propter indigentiam qz non est habiti. Sic ergo materia non est priuatio sed hñs priuationẽ sicut dicim̃ q̃ turpe appetit bonũ non q̃ ipsa turpido appetat bonum sibi contrarium sed ꝓm accidens qz scz id cui contingit esse turpe appetit esse bonũ. Et similiter femina appetit masculum. ¶ Notandum p̃terea q̃ triplex solet poni appetit̃ scz naturalis sensitiuus ⁊ intellectiu̅ ve potest haberi ex multis passibus. S. T. Appetit̃ naturalis nihil aliud est nisi inclinatio ⁊ ordo rei ad rem sibi conuenientem. vnde nihil aliud est materiã appetere formam q̃ eam ordinari ad formam vt potentiam ad actum. Et q̃uis sub quacunqꝫ forma sit adhuc remanet in potentia ad aliam formam inest ei semper appetitus forme non propter fastidiũ forme q̃ habet nec propter hoc q̃ querat ꝓtraria esse simul sed qz est in potentia ad alias formas dum vnam habet in actu. s. t. i. parte. q. lix. ar. i. ⁊ arti. ij. dicit q̃ talis appetitus si sit ad esse non differt a re secus autẽ si sit ad operari vel ad extrinsecum. vnde appetit̃ lapidis vt sit deorsum est grauitas ⁊ appetitus naturalis quo homo vult finem vltimũ est voluntas. Appetitus sensitiuus est ille qui mouetur ex cognitiõe sensitiua preuia ⁊ diuiditur per concupiscibilẽ ⁊ irascibilem ⁊ potest q̃ñqꝫ mediate moueri a ratione. Appetitus autem intellectiuus dicitur voluntas que dicit̃ appetitus rationalis. ¶ Notandũ preterea q̃ aristo. in fine huius primi ostendit quomodo materia corrũpitur ⁊ quomodo non qz ꝓm se inq̃tum est ens in potẽtia est ingenita ⁊ incorruptibilis qz subiectum generatiõis est materia. Si ergo materia generaretur ante materiam esset materia quodammodo tñ corrũpitur scz ꝓm q̃ in ea est priuatio vt si dicerem̃ es infiguratum corrumpi quãdo desinit esse infiguratum. ¶ Contra hec arguit̃ primo Auicenna arguit contra verba philosophi vbi dictũ est q̃ materia appetit formam sicut femina virum qz appetitus naturalis non conuenit materie cum non habeat aliquã formã vel virtutẽ inclinantẽ ipsam ad aliquẽ sic enĩ graue naturaliter appetit locum infimũ. Et iste appetitus sequitur formã naturaliter scilicet grauitatẽ. Item si materia appetit formã hoc est qz caret omni forma aut qz appetit multas formas habere simul qd̃ est impossibile aut qz fastidit formam quã habet ⁊ querit habere aliam ⁊ hoc est vanum. Item dicere materiam appetere formam sicut femina masculum est figurate loquentium scilicet poetarum ⁊ non philosophorũ Item non cognoscit formã ergo non appetit formam. ¶ Secũdo appetitus est quidam actus sed materia est pura potentia ergo ipsa non habet appetitũ. Itẽ materia celi non appetit aliam formam.

¶ Tertio Si materia appeteret formam maxime esset quia non habet eam sine ratione priuationis. vñ propter hoc dictum est q̃ non appetit formam quã habet sed probo q̃ non qz priuatio est non ens ergo nõ est principium appetitus. Item si propter priuationem forme future materia appeteret formam sequeretur q̃ priuatio inclinaret ad suam corruptionem.

¶ Quarto vel priuatio est ipsa materia vel aliquid ab ea distinctũ. Nõ primũ qz priuatio opponitur forme non autẽ materia. Itẽ materia est subiectum forme non autẽ priuatio. Itẽ materia est principiũ per se ⁊ ingenerabilis non autem priuatio. Nec secũdũ quia quocunqꝫ extrinseco seclusso adhuc materia est p̃uata forma ergo priuatio materie est materia. Itẽ si priuatio non esset materia sequeretur q̃ in qualibet materia essent infinite res distincte quia si mundus fuit ab eterno ista materia nunc caret infinitis formis quas aliquando habuit ergo in ipsa sunt infinite carentie ⁊ priuationes.

¶ Quinto arguitur q̃ potentia materie non sit ipsa